13A62

# Les chanteurs

I Psalmodie primitive – avant la fin du IV^e^ siècle.

un soliste exécute le chant du psaume et les hommes terminent le psaume par une clausule uniforme sur un air connu.

Cf. Athanase. Apol. de fuga, 24. – Theod. H. E. II. c. 10.

Augustin. Confess. IX, 12 – X, 33. – In Joh. Tract. XII. c. II.

Conc. de Laodicée. can. XV.

Exclus. des femmes Didasc. 318 Patr. – p. 18

II) Psalmodie antiphonée { ~~les clercs~~ Sans doute, il faut croire que les clercs continuèrent seuls à psalmodier les versets du psaume ; mais après chaque verset, le peuple répondait par une courte phrase qui s'intercalait entre les versets du ps. Cf. abbé Duparc, p. 9.

Def. Isid. de Sev. Etymolog. VI. 19

Origines. Socrate, H. E. VI. 9

Sozom. H. E. VIII. 8.

Cassiodore. H. Trip. X. 8. — 9,

S. Basile, Ep. 207. 2, 3, 4.

Augustin. Confess. IX, 6. 7, Lettre 55 cap. XVIII (34)

J.

Jaffé : Regesta Pontif. Romanor

n. 1811 – 2e ed. 2971
" 1788 . 2951 .
1900 2473 .
2651

Le lecteur et le chantre dans les Statuta Ecclesiae antiqua (sous S. Césaire d'Arles)

Migne P.L. 56, col. 888-889

XCVI. Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem indicans vocem ejus acutam atque ingenium. Posthoc expectante plebe, tradat ei Codicem, quem lecturus est, dicens ad eum: Accipe, et esto verbi Dei relator; habiturus, si fideliter et utiliter impleveris officium, partem cum his, qui verbum Dei ministraverint."

XCVIII. Psalmista, id est cantor, potest absque scientia episcopi sola jussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide ut quod ore cantas, corde credas; et quod credis, operibus comprobes.

Les quatre modes du chant liturgique d'après S. Hilaire

S. Hilaire de Poitiers Tract. Super Psalmos Prol. 19

Migne P.L. IX, 244

Il faudra voir si S. Hilaire décrit ici le chant chrétien ou s'il a seulement l'intention de représenter ce qui était le chant des Hébreux

CN° 19 « (Artis musicae IV genera) In musicis vero artibus hæ sunt officiorum et generum varietates. Psalmus est, cum cessante voce pulsus tantum organi concinentis auditur. Canticum est cum cantantium chorus libertate sua utens, neque in consonum organi adstrictus obsequium, hymno canoræ tantum vocis exultat. Canticum autem psalmi est, cum organo præcinente subsequens et æmula organi vox chori cantantis auditur, modum psalterii modulis vocis imitata. Psalmus vero cantici est, cum choro ante cantante, humanæ cantationis hymno ars organi consonantis aptatur, vocisque modulis præcinentis pari psalterium suavitate modulatur. His ergo quatuor musicæ artis generibus, competentes singulis quibusque psalmis superscriptiones sunt coaptatæ. Ex virtutibus autem psalmorum, et ex ipsis doctrinæ musicæ diversitatibus causa uniuscujusque superscriptionis ostenditur. »

## Chant des Psaumes en choeur

S. Augustin In Ps. XVIII, v. 1

Migne P. L. XXXVI, 157

Nos autem qui in Ecclesia divina eloquia cantare didicimus, simul etiam instare debemus esse quod scriptum est: Beatus populus qui intelligit jubilationem (Psal. LXXXVIII. 16). Proinde, carissimi, quod consona voce cantavimus, sereno etiam corde nosse ac videre debemus.

Quelques notes de Cantu, qu'on m'a communiquées

Antiphona — Cf. Plini ad Trajanum Epist (X, 97) "secum invicem".

Socrat. Hist. Eccl. VI. 8 attribue l'introduction du chant antiphoné chez les Grecs à S. Ignace d'Antioche.

Basil. Magn. Epist. CCVII ad Cler. Néoces. — L'usage en était général au IV^e siècle.

Théodoret. Hist. Eccl. II, 19 rapporte l'introduction du chant antiphoné à Antioche.

Cantiques — Ephes. V. 19 λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς.

Coloss. III, 16 rapproche encore ces trois mots.

Psalmodie — Cf. Artemon ap. Euseb. H.E. VII, 30

Denys ap. Eus. H.E. VII, 24

Daniel Cod. Lit. T. IV, 18.

## Suite des notes brèves

**Hymnes** cf. Act. XVI. 25.
Ephes. V, 14. 19. 20
I Tim. III, 16 ; VI, 15-16
II Tim. II, 11-13
Coloss. III, 16-17

cf. Martyrium Ignatii VII
Ps. Clementis Ep. de gestis Petri, 152
Origen. Contr. Cels. VIII, 67
Origen. Fragm. in Ps. 148

Probst - Lehre und Gebet p. 256 à 296

Clement Alex. Pedagog. III, 12 Hymne au Christ
cf. Rossi Bullet. 1865 p. 55
Piper édit. de l'Hymne au Christ Göttingue 1835
Piper Der Hymnus des Cl. v. Al. de "Evang. Kalendar" Berlin 1868
Thierfelder De Christianorum psalmis et hymnis usque ad Ambrosii tempora. Lipsiae 1868
Christ et Paranikas Anthol. gr. carm. Christ. (v. Prolegomènes) Lips. 1871

Kraus - Real Encycl. art. Hymnus
D. Pitra Hymn. gr. 1867 p. 36
D. Guéranger Inst. lit. a traduit l'hymne

Le témoignage de Lactance

Lactance. De vero cultu L. vi c. 21

P.L. vi, 713

21 § Aurium voluptas ex vocum et cantuum suavitate percipitur: quæ scilicet tam vitiosa est, quam oblectatio illa, de qua diximus, oculorum. Quis enim non luxuriosum ac nequam putet eum, qui scenicas artes domi habeat? Atqui nihil refert, utrumne luxuriam solus domi, an cum populo exerceas in theatro. Sed jam de spectaculis dictum est. Restat unum, quod est nobis expugnandum: ne capiamur iis, quæ ad sensum intimum penetrant. Nam illa omnia, quæ verbis carent, id est aeris et nervorum suaves soni, possunt facile contemni, quia non adhærent, nec scribi possunt. Carmen autem compositum, et oratio cum suavitate decipiens, capit mentes, et quo voluerit impellit. Inde homines litterati cum ad Dei religionem accesserint, si non fuerint ab aliquo perito doctore fundati, minus credunt. Assueti enim dulcibus et politis sive orationibus, sive carminibus, divinarum litterarum simplicem communemque sermonem pro sordido aspernantur. Id enim

quærunt, quod sensum demulceat. Persuadet autem quidquid suave est, et animo penitus, dum delectat, insidit. Num igitur Deus et mentis et vocis, et linguæ artifex diserte loqui non potest? Imo vero summa providentia carere, fuco voluit ea quæ divina sunt, ut omnes intelligerent quæ ipse omnibus loquebatur.

- - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Itaque si voluptas est, audire cantus et carmina, Dei canere laudes, et audire jucundum sit. Hæc est voluptas vera, quæ comes et socia virtutis est. Hæc est non caduca et brevis, ut illæ quas appetunt, qui corpori, ut pecudes, serviunt: sed perpetua, et sine intermissione delectans. Cujus terminos si quis excesserit, nihilque aliud ex voluptate petierit, nisi ipsam voluptatem: hic mortem meditatur, quia sicut vita perpetua in virtute est, ita mors in voluptate. Qui enim temporalia maluerit, carebit æternis: qui terrena prætulerit, cœlestia non habebit.

copier la note C correspondante

Le témoignage de Tertullien

Tertullien Apologétique Chapitre ii

Migne P.L. i, 272-273

« Plinius enim Secundus cum provinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de caetero ageret, consuluit tunc Trajanum imperatorem, allegans praeter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacramentis eorum comperisse, quam coetus antelucanos ad canendum(+) Christo ut Deo et ad confoederandam disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, et caetera scelera prohibentes. »

(+) ad canendum. _ Pium exercitium, de quo et ad Uxorem lib. II. c. 9. Non furtiva signatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio : sonant inter duos Psalmi et Hymni, et mutuo provocant, quis melius Deo suo canet (scribe cantet vel canat.) et exhortat. ad Castitat. c. X. Si orationem facit ad Dominum, prope est coelo. Si Scripturae incumbit, totus illic est. Si Psalmum canit, placet sibi. Har.

Copier la note c

## Autre témoignage de Tertullien

### Tertullien Apologetique C. XXXIX

### Migne P.L. i, 477

« Post aquam manualem, et lumina, ut quisque de Scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest (+) provocatur in medium Deo canere : hinc probatur quomodo biberit. »

(+)

Vel de proprio ingenio. — Quod de hymnis et canticis interpretor, ab eruditioribus convivis compositis, prius vero de psalmis in Ecclesia publice receptis. Et huc referendum duco insignem locum in Epist. Pauli ad Ephesios. cap. V. 19. λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς χαὶ ὕμνοις χαὶ ᾠδαῖς πνευματιχοῖς, ᾄδοντες χαὶ ψάλλοντες ἐν τῇ χαρδίᾳ ὑμῶν τῷ χυρίῳ. Hav.

## Autre témoignage de Tertullien

Tertullien *De anima* Cap. IX
Migne P.L. II, ~~66~~ 659-660

Il s'agit d'assemblées montanistes.

« Est hodie soror apud nos revelationum charismata sortita, quas in ecclesia inter dominica solemnia per ecstasim in spiritu patitur ; conversatur cum angelis, aliquando etiam cum Domino, et videt et audit sacramenta, et quorumdam corda dignoscit, et medicinas desiderantibus submittit. Jam vero, prout Scripturæ leguntur, aut Psalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur, ita inde materiæ visionibus subministrantur. »

Copier la note f

## L'Alleluia et les Psaumes dans les assemblées chrétiennes

Tertullien. De oratione. C. XXVII

Migne. P.L. i, ~~1197~~ 1194

« Diligentiores in orando subjungere in orationibus Alleluia solent, et hoc genus psalmos, quorum clausulis (+) respondeant, qui simul sunt. Et est optimum utique institutum omne, quod proponendo et honorando Deo competit, saturatam orationem velut optimam hostiam admovere.

(+) quorum clausulis respondeant. Legentium eruditioni facerem injuriam, si post doctissimum summeque pium cardinalem Bonam de antiquissimo psallendi, ac davidicos psalmos aut recitandi, aut canendi usu loqui vellem. Ejus librum de Psalmodia consulat quisquis saturari cupit. Hic transiens animadverto, quam vetustus ille etiam sit ritus, quo psalmi alternis in choro, aliisque ecclesiasticis supplicationibus recitantur. Murat.